plenissime fuerunt deducta, ita ut dictum possessorium
iudicium proprietatis causam admixtam videatur
habere Et quamquam pro parte dicte nobilis Agnetis de Here-
dia beneficio edicti unde vi aut alio possessorio iudicio acti
fuerit dictus tamen nobilis Didacus Faiardo excipien-
do de vicio dicte transportationis seu dationis insolutum
dictorum censualium scilicet facte per dictam nobilem Agno-
matem uxorem dicti quondam Garsie de Heredia iura proprie-
tatis plene in exceptionibus suis deduxit et una cum
aliis diversis petitionibus adiunctum ex quibus factis in-
tricatio predictas in dicto processu causa dictorum censualium
plene et sufficienter fuit examinata et quoad ipsa
censualia iura proprietatis ordinario ac plenario iure
excipiendo saltem fuerunt examinata atque deducta Et in-
super animadvertentes quod iudicata sententia per vicecan-
cellarium iudicem delegatum predictum promulgata
nulla reperitur facta plenitas quoad iures proprietatis
dicto nobili Didaco Fajardo in alia instantia iudicii
censualis iudicio plenario merito contemptum habemus
dicta proprietatis iura comprehensa et clausa fuisse
in dicto iudicio, ita ut nulla in petitorio seu alio ple-
nario iudicio opponente futura sententia Quare hiis
et aliis nos inspicientibus reputamus causam predictam
fuisse et esse appellabilem et appellationem predictam
pro parte dictorum nobilium Didaci Faiardo et uxoris
sue admittendam esse et admittimus Et inde pro-
nunciamus sententiamus et declaramus dictum man-
datum exequtorium predicta appellatione pendente
impetratum et provisum non valere neque tenere